et descriptis accepta pro praemissis sua sufficienti satisfactione Vezt summa su
prascripta Centum Florenorum Polon. cedit et condescendit Omneq. plenum et
integrum ius suum sibi ad praemissa serviens in personam suprascripti Bar
tholomaei Poplanski successorumq. ius plenarie et ex integro transfert et trans
fundit. Ac intronem realem cum actuali ac pacifica possessione per Ministeri
alem Regni Generalem et Nobiles duos quem et quos sibi ad id facilius conducere
potent officiose accessandam dat et admittit Personali recognitione mediante.

Grzymalanka Debitum.

Coram Officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus persona
liter comparens Nobilis Bartholomaeus olim Boguslai Poplanski de Poplany
et Skrzypki [illegible] sanus mente et corpore existens palam publice ac libere Verbisq.
per expressis recognovit Quia Nobili Annae Grzymalanka consorti relictae olim No
bilis Leonis Sieber et in eventu mortis illius legitimae posteritati tenetur estq. de
bitus certi Veri et liquidi debiti mutuataeq. pecuniae summam Quinquaginta Floren
orum numeri et monetae Polonicae. Quam quidem summam suprascriptam memora
tus recognoscens submittit ac se de bonis generaliter omnibus Una cum posteri
oris inscribit suprascriptae creditrici suae Vel eius posteris hinc et a bactu prae
senti pro die et Festo Sancti Michaelis Archangeli in anno Millesimo Sex
centesimo Quadragesimo Tertio proxime Venturo parata pecunia soluere
et restituere realiterq. ac effective reddere et persoluere aut circa acta Officij
praesentis reponere et relinquere repositamq. ac relictam ab eisq. actis et Offi
cio denuo ad se non recipere nec modo quouis arestare aut effideiubere Sub
Vadio simili summae suprascriptae correspondenti aliorum Quinquaginta
Florenorum Polonicalium in defectu solutionis pro tempore praefixo ad soluen
dum irremissibiliter succumbendo. Et coram Officio praesenti Castrensi Capi
taneali Branscensi in primo Citationis Termino tanquam peremptorio per
emptoria responsione et satisfactione Omnibus controuersijs exceptionibus
allegationibus euasionibus simplicibus et iuratorijs dilationibus quibusuis
motionibus appellationibus ac earum prosequutionibus Vera Vel simplici infir
mitatibus actione pro maiori minorennitate successorum tarda extraditione
mala positione inordinata scriptione Citationis ac ignorantia processus in con
tumaciam obtenti iuratoria euasione ad euictores quosuis etiam in instanti
statutos bello peste fame interregno Vaccantijs absentia Regis a regno lega
tione intra Vel extra regnum conuentione generali Vel particulari aura pestife
ra servitio militari bellica expeditione causa reipublicae incursu hostium in

fines

fines Regni prahensione piscium inundatione aquarum pontium et aggerum ruptione præmissa euadere Volendo imo his et alys cunctis in Vniversum iuris remedys et defensis legalibusq. et illegalibus impedimentis etiam de iure concessibilibus humaniq. ingenii acrimonia excogitatis et excogitandis se et suos successores abscribendo et abrenunciando submissione sua suorumq. successorum totius et integra causa Personali recognitione in præmissis mediante.

Eiusdem Quietatio.

Coram Officio præsenti Castrensi Capitaneali Branscensi et actis Officy eiusdem personaliter comparens Nobilis Bartholomæus olim Boguslai Poplawski in Poplawy et Skrzypki hæres sanus mente et corpore existens palam publice ac libere Verbisq. perexpressis recognouit Quia Nobilem Annam Przymalanka relictam consortem olim Nobilis Leonis Sieben de solutione summæ Quinquaginta florenorum grossorum numeri et monetæ Polonicalis debiti certi et liquidi in summa olim Nobilem Zophiam Przymalanka spectante inscripti ob factam sibi sufficientem satisfactionem quietat et liberam facit ac inscriptionem pro eius interesse cassat annihilat et mortificat perpetuis temporibus, pro interesse Veri Nobilis Joannis Wysocki saluam inscriptionem in toto cum eius ligamentis reservat Personali recognitione mediante.

Poplawski Quietatio.

Coram Officio et actis præsentibus Castren Capitanealibus Branscensibus personaliter comparens Nobilis Andreas Anzelmus Szablowski in Szabli dictus Lomzensis et in Poplawy Districtus huius Branscen hæres Vicenotarius Castrensis Branscensis sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognouit Quia Nobilem Bartholomæum Poplawski olim Nobilis Boguslai Poplawski filium de solutione summa Triginta sex Floren Polon ad rationem summæ Centum florenorum Polonicalium debiti certi Veri et liquidi debiti coram actis hisce Castren Branscensibus inscripti ob factam sibi ab ipso sufficientem et plenariam satisfactionem quietat et liberum facit ac inscriptionem pro interesse summæ suprascriptæ Triginta sex Florenorum Polonicalium serviens cum toto eius effectu cassat annihilat et mortificat perpetuis ac æternis temporibus Hac sua præsenti personali recognitione in præmissis mediante.